312
254

Demonstratio Anni Scripti operis de Administrando Imperio.

No 70. Argumentum 1

Capite XVI. ait: egressi sunt Saraceni die sexta mensis Septembris, Indictionis 10mae Anno Heraclij 12mo Mundi 6130.
Heraclius factus Imperator juxta Catalogum Constantinopolitanum Anno Xti 610, ergo Annus Heraclij 12mus est, Xti 622, qui habet Indictionem 10. (Nam 622 - 312 : 15) relinquit 10) ~~ergo~~ Anno Xti 622 respondet mundi 6130. hinc annus Nativitatis Xti fuit mundi 6130 - 622 seu mundi 5508.

1 Ait autem Porphyrogeneta ~~in~~ Capite 27. ~~in fine~~ Et sunt in hodiernum usque diem, quae Septima indictio est Anni à condito mundo 6457, ergo ~~sed~~ si ab hoc subtrahatur 6130 et residuum 327. addatur ad annum 12mum Xti Heraclij 622, habebis annum 949. cum Indictione Septem.

2 Item ait: Capite 29 de Dalmat. ex quo, autem Cives Salonitani Rausium demigrarunt anni sunt 500 in hunc usque diem Indictione 7ma Anni 6457, qui est item (949)

1 Item Capit. 27.) Et sunt in hodiernum diem, quae Septima Indictio est anni à condito mundo: 6457. et à divisa Longobardia anni ~~duo~~ 200 (per divisam Longobardiam intelligit finem Regni Longobardici, ergo si Annus Mundi ~~fuit~~ 6457 fuit 949, finis Regni Longobardici cadit in Anno Xti 749, qui in latiore sensu congruit cum chronotaxi aliorum.

Eodem Capite ait: ex quo autem hac Capua constructa est, anni sunt 73 (07) seu (98)

ut videtur - ergo si annus Scriptionis est 949 | Condita Capua esset 876, probat autem Bardutius conditam Capuam 856, ergo in nro 73 est error, esse deberet 93. seu (98)

2 Capite 26. dicit vivere Lotharium Regem Italiae, est autem juxta plerosque mortuus anno 949. ergo dicendum: dum haec scriberentur, nondum inotuisse mortem.

Notandum: Annos mundi videri esse Theophanis, cum dicat: Cap. XXI. Ex chronico Theophanis anno ab orbe condito 6171.

Capite 17, Hoc ipso anno, idest, 6139. vita functus est Mahomet Princeps, et Pseudopropheta. hic esset annus Xti 631.

Capite. 22: Hoc tempore videlicet Imperantibus Irene et Constantino Anno ab orbe condito 6288, qui est Xti 780, primus Imperij Irene cum Constantino.

49
55
394.

6130 = 622. = 6001. 129.

622.
12.
610 | 40 312 | 20. 12
15 | 15
60 | 10

6460
6457.
3.

949
3
952

312

652
129
523.
492.
31.

6130
7182
948
1052
622
1674.

Ex pluribus locis de Administr. Imperio patet, Constantinum hoc opus non uno Anno scripsisse sed pluribus. Ita: XLV. habet: De Iberibus: Ex quo autem Hierosolymis migrarunt, in terram quam nunc incolunt, anni sunt quadringenti, vel quingenti, hodie, quae est indictio X. à condito vero Mundo 6460, Constantino, et Romano Xti amantibus, ac Porphyrogenitis Imperatoribus. Est autem annus mundi 6460 respondens anno Xti 952, qui habet indictionem decem nam annus mundi 6457 respondet Xti 949, qui habet indictionem 7. ergo, hic locus plenam mysteria detegit.

1540
17
133.
122
18
35

8

Dubiae lectiones.
1°: capite X.mo intelligi nequit illud: de novem Regionibus chasarorum et Alaniae

2do capite XI. item de Regionibus, et situ Alaniae

3tio capite 38. illud: primusque Turcis dux esset, gentis suae (Chueff chazaricae)

Porphyrogeneta saepius rotundo numero res exprimit. Cap. XX hic de Statua Rhodia a Judaeo empta narrat, quem judaeus quidam mercator Edessenus cum emisset, nongentos camelos aere ipsius oneravit. Dein capite statim sequente XXI eundem historiam repetens ait. emit vero illud (aes Statuae Rhodiae) Hebraeus quidam Emesenus, qui ad mari advehendum imposuit camelis nongentis, et octuaginta. En duplicem loquendi modum, primo dixit nonaginta tantum, dein nonaginta octo. item primo vocat Edessenum, dein Emesenum

N.B.

Caput XL Porphyrogenetae de Adm. Imperio: videtur scriptum post Annum 957. idque ex verbis: Et omnes quidem Arpadae filii mortui sunt, superstitibus tantum eorum Nepotibus Phale, et Tase cum Patrueli eorum Taxi. (Taxi est ipsus Toxun filius Zultae)

Constantinus Imperator author hujus libri mortuus est Anno 958, ergo vel anno 956 vel ante hunc anno hoc caput scripsit, Zulta igitur jam mortuus dicitur dum caput 40um scribebat Constantinus ergo Zulta ante anno 958 mortuus: jam si chronotaxim Anonymi consulamus: sequentia habemus data: 1o: Anno 956, aut 957. adhuc vixisse Zultanum. Nam, ut habetur 56 et 57. post pugnam ad Augustam Vindelicorum sub ottone factam, a reditum Militum Ungarorum in Ungariam Dux Zulta fixit metas Regni etc: contigit autem illa pugna ad Augustam Vindelicorum, consentientibus omnibus synchronis Anno 955. ergo Anno sequente 956, aut 957, vixit Zultan. ~~[illegible]~~ IIdo: narrat Anonymus post constitutionem Regni a Zulta factam, Toxun filium a Zulta in ducem creatum. ergo si Toxun ponatur eodem anno, quo constitutio Regni facta est creatus dux, is ante annum 956 esse non potuit. III. refert Anonymus: ~~et~~ eodem cap. 57. Zultanum tertio anno Regni filii sui Toxun mortuum. ergo, si Toxum Anno 956 creatus dux, tum ~~et~~ Zulta mortuus est Anno 959. jam vero Porphyrogeneta scriptor operis de Administr. Imperio, mortuus est Anno 958, ut dictum, ~~ergo~~, quomodo ergo scribere potuit, ~~Zultanum~~ omnes Arpadi filios jam mortuos, cum Zulta ipsi Porphyrogenetae supervixerit? Dicendum ergo, Porphyrogenetam Rumore falso deceptum hoc scripsisse, uti e falso Rumore scripsit eodem Cap. XL / Tertius (filius Arpadi) Jutotzas filium suscepit Phalitzin, qui nunc Principatum tenet. qui enim Phalitzin Nepos ~~ex~~ Arpadi ex Jutotzas, ducatum gessit tempore Porphyrogenetae? cum certum sit Zultae in ducatu ~~successisse~~ immediate successisse Toxun, filium Zultae? ut ergo Porphyrogeneta erravit in Phalitzin, ita dicendum eum errasse, ~~de~~ in Anno mortis Zultae. Plus enim deferendum Annalistis domesticis, qui sua melius norunt quam scriptori extero, qui falso rumore decipi potuit.